IOANNIS STEPHANI

DVRANTI

SECRETIORIS

REGII CONSISTORII

CONSILIARII AMPLISS.

SENATVS THOLOSANI

Primi Præſidis,

DE RITIBVS ECCLESIÆ CATHOLICÆ.

LIBRI TRES.

Quinta, nouiſſimáque hac editione in lucem emiſſi; plurimiſque, quibus ſcatebant mendis denuò perpurgati.

Quod ad Indices attinet, ſequentem vide paginam.

LVGDVNI.

SVMPTIBVS PETRI LANDRY.

M. DCVI.

Cum Priuilegio Regis.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

REVERENDISSIMO ET ILLVSTRISSIMO DOMINO D. OCTAVIO

EPISCOPO CALATINO, SEDIS APOſtolicæ ad inferiorem Germaniam nuncio, cum poteſtate Legati à latere, Domino ſuo obſeruandiſſimo.

CVM multa ſint, Reuerendiſſime atque Illuſtriſſime Domine, quę Remp. Chriſtianam hoc tempore perturbant: tum nullum eſt hæreſi malum exitialius aut nocentius. Nam cætera quidē bellum, peſtis, ſterilitas agrorum, & quæ hinc ſequitur, annonæ caritas; præterquam quod corpori tantùm & fortunis, rebuſq́ue externis noceāt, tum fere intra certos vnius ciuitatis aut prouincię terminos ſe continent. Hæreſis animabus exitium affert ſempiternum, ac mira velocitate venenum latiſſimè transfundit in Rempubl. adeò vt vnius hæretici fraude, breui temporis ſpatio non ciuitates modo ſingulas infectas: ſed integras prouincias florētiſſimáque regna perdita & euerſa acceperimus. Teſtis huius rei ſuperiorū tem-

IOANNIS STEPHANI DVRANTI DE RITIBVS ECCLESIÆ CATHOLICÆ,

LIBER PRIMVS.

DE VARIIS ÆDIVM SACRARVM NOMINIBVS.

CAPVT PRIMVM.

1 *Ædium ſacrarum nomina octo explicantur.*
2 *Eccleſia quandoque pro æde ſacra ponitur.*
3 *Κυριακὸν quid ſit.*
4 *Dominicum, ſiue κυριακὸν, malè à quibuſdam ab æde ſacra ſecernitur.*
5 *Dominicum nonnunquam pro Miſſa ſumitur.*
6 *Templa vnde dicta: & varia huius nominis acceptio.*
7 *Templum & Eccleſia veteribus idem ſunt.*
8 *Templi & ſacerdotis nomina cur apud antiquos Chriſtianos non valde in vſu.*
9 *Baſilica quid, & vnde dicta.*
10 *Domus* DEI *non rarò Eccleſiam ſignificat.*
11 *Martyrium Græcis eſt, quod latinis confeſſio: & vtrumque pro Eccleſia ſumitur.*
12 *Confeſſores quinam propriè dicantur.*
13 *Oratorium.*
14 *Tabernaculum.*
15 *Eccleſia portatilis.*

AEDIVM ſacrarum varia exſtant nomina. Primùm † ædes ſacra Eccleſia nũcupatur. Ἐκκλησία Græcè concionem ſignificat: quod eſt variis locis Demoſth. Thucid. Ariſto. Iſocra. & Ariſtoph.

collige